

I 72.

73.

Wolfgang Heiligmaier¹⁾ an Vadian.

Brünn. 1516. August 4.

Dank für den Brief Vadians. Klage über das Stillschweigen Aichers. Grüsse.

S(alutem). Gratissimæ^{a)} michi tuæ fuerunt litteræ, quas ad me decimo Kalendas Augusti dedisti. Ex his enim, me tibi munus gratum misisse, intellexi. Doleo tamen plurimum, quod Ioannes Aicher, communis noster amicus, ad me hactenus nichil scripserit^{b)}. Quodsi ego tuis maxime parebam monitis sibi que sæpius iam scripsi^{c)}, iure optimo et michi rescribere debebat, si et sibi munus commendaveram. An et sibi placeat, ad me, oro, rescribat. Te tamen, mi Vadiane, supra modum peto, ut una cum Ioanne eius muneris curam habeas, ne quidquam periculi sibi contingere possit; maritus enim vobiscum est; quodsi eam convenerit, actum de ea est. An autem quidquam in re mea ratione Quirini egeris, oro rescribas; si eum vel eius procuratorem nondum convenisti et officium præstare amici volueris, hunc convenias. Ego pecunias tibi ad tempus quodcunque statutum mittam. Curabo, ut vobiscum in brevi sim. Dominum doctorem Collimitium nomine meo saluta; ut birretum rubrum emat, admonebis. Aves ad vos mittam propediem pingues. Vale mei memor. Ex Brunna, die IV Augusti, anno MDXVI.

Tuus *Wolfgang Heiligmaier*.

Rescribite cum vectore præsentî, tu et Aicher et meretrix.

Excellentissimo viro, poetæ et oratori laureato, Ioachimo Vadiano, præceptori suo amantissimo.

a) Überall „e“ für „æ“. — b) „scripserit“. — c) „scripsi“.

1) Vgl. zu Brief 65.

1516 Aug. 24. J. Hess IV, 244 Nr. 1

1516 " 21. H. Scheltzh. 74. I Ann. 242 Nr. 42

1516 Sept. 1. K. Utornus II 151 Nr. 18.

Wolfgang Heiligmaier¹⁾ an Vadian.

I 76.